



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 167. Sessio III. Synodi continuatio decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. CLXVII.

Sæcul. XV.
A.C. 1415.*Sessio tertia, Synodi continuatio
decreta.*

Tertia tandem habetur Sessio, nil remo-
rante Pontificis fuga. Huic ade-
rant duo duntaxat Cardinales, Camera-
ensis, qui & Sessioni præfuit, & Floren-
tinus. Ipse tamen Sigismundus Impe-
periali ornatu insignis, hanc Sessionem
præsentia sua decoravit, assistentibus Sa-
xonicō, & Palatino Electoribus, Friderico
Norimbergæ Burggravio, pluribusque a-
liis S. R. Imperii Principibus. Post Mis-
sæ sacrificium & persolutis de more sole-
mnibus, Cardinalis Florentinus sequen-
tes articulos ex decreto Synodi publica-
vit.

I. *Synodum fuisse & esse rite ac ju-
ste convocatam, inchoatam, & celebratam*

II. *illam per recessum Papæ vel aliorum
Prælatorum non esse dissolutam, sed rema-
nere in sua integritate & auctoritate, etiam-
si quædam ordinationes factæ fuissent in
contrarium, vel in futurum fierent.*

III. *Istud Concilium nec dissolutum, neque dis-
solvendum esse usque ad extirpationem præ-
sentis schismatis, & quousque Ecclesia sit re-
formata quoad fidem, & mores in capite
& membris.*

IV. *Non esse transferendum
ad alium locum, nisi ex caufsa rationabili,*

Labb. Conc.
tom. 12. p. 17.

Ff 5

&

Sæcul. XV. Et ab ipso Concilio approbata. V. Pra-
A.C. 1415. latis, aliisque, qui Concilio interesse tene-
runt, ante finem Concilii abire licitum non esse,
nisi ex rationabili caussa prius examinan-
da per Deputatos a Concilio. Omnes
 hosce articulos cuiuslibet Nationis Depu-
 tati suo quisque ordine approbarunt, &
 desuper publicum instrumentum confici-
 juserunt.

§. CLXVIII.

*Cardinalium ad Papam deputatorum
relatio.*

Schelstr. in adt. Conc. Const. p. 200. Absoluta hac Sessione rediere tres illi
 Cardinales ad Joannem Papam able-
 gati, comitantibus eosdem Cardinale Pi-
 fano & Cardinale de Chalanto, qui prius
 Pontificem sequebantur. Hos, ut audi-
 rent, Nationum Deputati coram Impera-
 tore conventum agunt. Haud dubie
 hosce Legatos quævis fausta Concilio de-
 nunciaturos sperabant omnes, verum a
 nimo concidebant Patres, cum hos Car-
 dinales post plurimas ambages etiam a
 perte tueri intelligerent, Synodum absen-
 te Papa dissolutam censi, hunc vero
 minime Concilio inferiorem esse. Inde
 ultro citroque admodum fervens exorta
 est disceptatio. Dumque hæc gereban-
 tur, Cardinalium nonnulli edictum Joan-
 nis